NOBILISSIMO

ET

SVMMO HEROI,

MVSARVM MECOENATI,

ALEXANDRO SETONO,

Fermilodunensi Comiti; Fivæ & *Vrquarti Domino*:

MAGNO SCOTIAE CANCELLARIO,

EVCHARISTICON DE

REGIS & REIPVBLICAE,

SALVTE.

NOVEMB. V. *Anno Dom.* 1605.



E Cœlum imploro, & vos aurea lumina mundi,
O Montes! O Saxa! & quæ longissima Tellus
Produxit: vos inclamo, obtestorquefideli
Dicite ab ore: unquam si prima ab origine mundi
Monstrum tale prius peperit vel terra, vel unda,
Quale inter nostros natum est hac luce BRITANNOS.

AVTHORES IESVITAE.

SECTA invisa DEO, gens mundo inimica: malignus
Layola quam genuit; peperit quam vipera; mundi
Vnica fax, Chari quæ obtendit nomen IESV, *Iesuitæ.*
IVDASIDAE cum sint; gens regibus una rebellis; *Iudasidæ.*
Flammis ora afflata; oculus micat ignibus illis;
Spumans dextra cruore; pedes quos turpiter ursus *Apocal.* 13.
Portat; sed vultus simulans gravitate Catonem.
Gens (inquam) invadit magni duo lumina mundi
HENRICVM, IACOBVM que, hunc flammis, ensibus illum
Vtraque sacrificas mactanda est victima ad aras.
Cæditur *HENRICVS* belloque & pace secundus,
Cordaque jam sacras condunt transfixa sub ædes. *de la flasch.*
Vulcanum accersunt subito Tellure sub ima
Sulphureasque implere domos, & tecta ruinis
Subjicere, ingenti Tonitru Cœlumque Solumque
Motare intendunt: *REGIS* Sacrum caput; atque
Principis *HENRICI*, Procerum Patriæque Parentum
Carnivoris uno devotum est fulmine flammis.
Dicite Pontifices quibus est jugis hostia CHRISTI,
Pilatus miscens pecudumque hominumque cruorem
Rectane? Num quæso vobis imitanda peregit?
Macte ergo & CHRISTI, & pascentes sanguine Regem

Σαρκοφαγοι παντες: meretrix *Babylonia* flammis
Æternisque rogis tandem succensa peribit.

Sed TE (cui curæ est REX & RESPVBLICA) summis
Excubiis vigilare decet, ne forte Locustæ
Exiliant redivivæ, & jam Te vindice cuncti
Carcere, & exilio, aut damnentur morte latrones. *Distinguũ-*
Papicolûm ignavum at pecus, & quos fortiter urget *tur à fa-*
Vana superstitio, Hos Tu Sacro dogmate cures *ctiosis, ig-*
Pastorum institui, sic tandem *Roma* dehiscet. *nari Papi-*
Euge ergo veræ sis Religionis alumnus, *stæ.*
Iustitiæque Parens, Te expertem publica clamat
Vox ut avaritiæ, quæ cunctos ordine in omni
Possidet: ut (Te) cunque severus mordeat unquam
Zoilus, agnoscant CHRISTO REGIque fidelem.

A. Symsonus.

ANDREAPOLI,
EXCVDIT EDVARDVS RABANVS,
Universitatis Typographus.
ANNO DOMINI 1621.